



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

III. An Optio locum habeat in beneficiis vacantibus apud sedem, aut aliàs
quomodocunq[ue] reservatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

inducitur † spatio decem annorum, cum non sit con-
 tra jus, neque domus aliquid habeat † spiritualitatis
 sicut habent præbendæ distinctæ, quod *inf. cap. 7. q. 1.*
 melius demonstrabitur, neque præjudicatur juri epi-
 scopali, seu alterius collatoris, cum ædes † per se non
 conferantur, juxta deducta superius *cap. precedenti, q.*
2. idq; in specie tradit Bellam. decis. 63. nu. 4. ex men-
te Compost. d. c. ult. in gloss. 1. ext. de consuet. referentis,
 summum Pontificem aliquando declarasse consuetu-
 dinem † optandi domos in Ecclesia Mediolanensi per
 25. annos obtentam valuisse, quod & nos semel, *d. q. 2.*
 admonuimus. Ex quo patet, consuetudinem optandi
 domos in hac nostra ecclesia Mediolanensi antiquissi-
 mam esse, sicut etiam antiquissima, & immemorabi-
 lis est consuetudo optandi præbendas. An vero in o-
 ptione domorum attendatur distinctio ordinum, ali-
 quid dicemus, *inf. cap. 5. quest. 2. concl. ult.*

QUÆRO TERTIO, An optio locum habeat in be-
 neficiis vacantibus apud sedem, seu alias quomodocunq;
 reservatus?

PRIMA CONCLUSIO. Optio † locum non habet
 in beneficiis seu præbendis in curia, seu apud sedem va-
 cantibus. *rex. est d. c. fin. vers. in præbendis vero, ubi gloss.*
& Doct. de consuet. in 6. idemq; notavit Sig. d. tract. de
pension. q. 63. Rot. decis. 4. tit. de consuet. in no. Caputaq.
decis. 373. beneficia lib. 1. Staphil. in tract. de lit. grat. &
just. tit. de vi, & effect. claus. in cap. quod incipit in super
derogatur, nu. 3. fol. mihi, 286. Iacob. Card. Simon. tract.
de refer. benef. q. 45. num. 1. An. Falcon. simil. tract. q. 4.
effect. 1. & alii quotquot de optionibus aliquid scripse-
runt. Id quoq; habet locum † in grossis fructibus (qui
 à distributionibus, & præbenda distinguuntur, ut pa-
 tet ex *Doct. in cap. unico, de cler. non resid. in 6. Calder.*
cons. 21 tit. de præben. & Paris. cons. 32. vol. 4. Fel. in c. Ia-
cobus de Simon.) illi enim si obtenti fuerint per cano-
 nicum in curia defunctum optari non possunt, quam-
 vis redirent ad Capitulum, ut tradit *Rot. decis. 4. de con-*
suet. in no. dicens, ita fuisse declaratum per Greg. X I.

- quam sequitur Franc. in c. fin. vers. in præbendis, num. 3. de consuet. in 6. Staphil. loco mox. citan. Mil. in suo Reperit. ver. consuetudo optandi sicut non potest, post Rom. cons. 289 Gig. de pension. q. 63. num. 10. Franc. Marc. decis. Delp. 1268. 1. par. Neque tunc ubi nimirum de huiusmodi præbenda in curia vacante alicui provideatur, opus erit specialiter derogare consuetudini † de optando, sed sufficiet generalis derogatio statutorum & consuetudinum, cum earum præbendarum libera dispositio spectet ad summum Pontificem, c. licet, de præbend. in 6. & d. c. fin. eod. lib. cum simil. & ita in specie tradit Staphil. loc. cit. Talis enim derogatio extendetur ad quævis statuta etiam jurata, ut post Rot. decis. 12. de rescript. incip. nota si aliquod in antiq. docet
- 15 Staphil. ibid. Paria vero, immo idem sunt vacare † in curia, & apud sedem, ut patet ex c. 2. juncto cap. statutum, de præben. in 6. & not gloss. & Doct. ibid. & d. c. fin. de consuet. in 6. But. decis. 36. lib. 2. Simon. d. tract. q. 30. num. 2. & alii passim, licet Covar. præct. quæst. c. 36. nu. 3. & Gomez. reg. de tricen. possess. q. 31. in 1. art. latius distinguat.

Ut autem scire possimus, quibus in præbendis locum habeat optio, videndum est hoc breviter, quænam beneficia dicantur vacare in curia: sequenti vero conclusione recensebimus alios præcipuos reservationis modos: neque enim idem est, beneficium † esse reservatum, & vacare in curia, ut male & absq. fundamento voluit Calder. cons. 9. tit. de præben. ad fin. Sed reservatio habet se ad vacationem in curia, sicut genus ad speciem, ut patet ex Franc. c. statutum, num. 5. de præben. lib. 6. Bellam. decis. 654. Rot. decis. 4. num. 1. de præben. in no. Simon. d. q. 30. post Lap. alleg. 84. nisi largo modo sumere velimus vacationem in curia, seu apud sedem, quasi idem sit, atque ita vacare, quod eorum beneficiorum dispositio ad Romanam sedem pertinet.

Primus ergo vacationis modus in curia est per obitum † cujusvis beneficiati ad Romanam curiam venientis

nientis, ab eave recedentis, si in ea decedat, vel prope
 eam intra duas diætas legales, ut disponit *tex. in c. pra-*
sentij. de praben. in 6. hoc est, per 20. leucas, seu 40.
 milliaria, ut exponit *ibi gloss. & Dd. per tex. in l. vice-*
na millia, ff si quis caution. Idem disponitur in *extrav.*
ad Regimen Bened. XII. & est 13. tit. de prabend. &
dig. inter commun. vers. nec non quomodolibet. Idem
 quoque dicendum est, si duobus † in Romana curia 19
 super beneficio sibi collato litigantibus uterque, vel u-
 troque moriente alter, qui est possessor, in curia dece-
 dat: idem si aliter tantum sive possessor, sive petitor, in
 curia decesserit, cum ad illam † superstiti causam pro- 20
 sequente declaratum fuerit pertinuisse: his enim casu-
 bus tale beneficium collationi summi Pontificis refer-
 vatur, & in curia vacare dicitur. *Clem. unica, & ibi gl.*
& Doct. ut lit. pend. immo idem erit, † si eorum alter 21
 in curia alter extra decessit, neutro possidente: erit
 enim tunc Romanus Pontifex propter auctoritatis
 prærogativam in collatione præferendus, ut *ibid.* di-
 citur *versic. neutro autem*, quod *ibi* extendit *gloss. &*
Doct. ubi uterque possideret, † sed propter mortem 22
 declarari non poterit, ad quem de jure beneficium per-
 tineret.

Secundus est in beneficiis curialium, † qui etiam 23
 Romana sede vacante, quavis de causa ad locum per
 duas diætas vicinum secedunt, ibiq; moriuntur dum-
 modo eo in loco (etiamsi erat ad ipsam curiam rever-
 surus) earum domicilium seu domus propria non exi-
 stat. Ita etiam disponitur *d. c. presenti, fereque idem*
habetur in d. extrav. ad regimen. vers. ac etiam simili
modo.

Tertius est per obitum † in curia curialis habitus 24
 ibidem originem, ibique morantis occasione curiæ,
 ut dicitur in *d. c. presenti versic. sane si quis*, quod idem
 erit, † si non originem, sed perpetuum domicilium, 25
 seu domum etiam conductam in curia habeat, ut *ibi*
probat gloss. in verbo, originis. Quis autem compre-
 hendatur nomine † curialium, quod ad reservationem 26
 spectat,

- spectat, videndus est Mandos. *reg. 5. cancellar. q. 1.*
 27 Quartus per obitum † curialium decedentium in
 28 itinere, dum sequuntur recedentem curiam, vel † in
 loco, unde recessit curia, quam sequi propter infirmita-
 tem non potuerunt, & hoc quantumcunq; locus, ubi
 decedunt, remotus sit ab ipsa curia: *ita habetur in d.c.*
presenti, versic. porro & in reg. 5. cancellaria.
 29 Quintus per obitum † legatorum ac nunciorum
 sedis Apostolicæ, intra duas diartas legales ab ipsa cu-
 ria dictantes decedentium, *ita disponit tex. d.c. presenti*
 30 *in princip.* Immo etiam idem erit † si dicti nuncii ac
 legati ubilibet decedant, ante ipsorum ad curiam re-
 dirum, durante legatione & prosecutione negotiorum
 illis à sede Apostolica demandatorum, prout additum
 fuit, *in extravag. 10. 22. ex debito, vers. rursus huius no-*
stra, qua est 4. sub titu. de elect. in commun. & in d. extra-
vag. ad regimen in versic. ac per obitum, ubi etiam id ex-
 tenditur ad Rectores, & thesaurarios in terris Romæ
 ecclesiæ.
 31 Sextus est in beneficiis † quibuslibet S. R. E. Cardia-
 nalium, & officialium, ut cancellarii, notariorum, ab-
 breviatorum, collectorum, & aliorum quorumcunq;
 sedis Apostolicæ ubicunq; decedentium: *ita habetur*
in d. extravag. ex debito. versic. episcopalis in super, &
extravag. ad regimen, d. versic. ac per obitum. De pro-
 32 thonotariis † late Simon. *d. tract. q. fin. Mandos. ad*
reg. Cancell. q. 7. & 8. De collectoribus & subcollecto-
 33 *ribus † ast reg. 4. Cancell. ubi inter alios glossat. opti-*
me Mand. Bellene. tract. de char. subsid. q. 115. & seq.
 34 *Simon & Add. loc. infr. citando.* Idq; procedit licet † of-
 ficiales postea esse desierint, *ut in d. Reg. habetur, cur*
 35 *beneficium semel affectum † semper duret affectum,*
ut tradunt D. de Rot. decis. 11. 13. 14. 15. de prebend. in an-
tiq. 20. in antiquior. Anch. cons. 138. prope fin. Simon.
d. tract. q. 33. num. 4. & 5. Secus vero erit in acquisitis
 post dimissionem officii, *ita post Bellam. in c. cum in*
distribuendis de temp. ord. tradit Rebus. in Praxi benef-
titu. de reserv. num. 25. ubi alias limitationes tradit ad

hunc casum, & patet ex regula cancella ubi Mandos. & alii.

Septimus per privationem, seu depositionem † factam in curia; id ipsum habetur d. *extravag. ex debito, versic. huiusmodi autem & d. extrav. ad regimen, vers. nec non & not. Rot. de re judic. decis. ult. in antiquior. & late tradit Simon. d. tract. de reserv. benef. c. 39. post. Fran. d. c. presenti, §. sane, & alios.* Et ratio est, quoniam eo in loco dicitur vacare beneficium, ubi fit privatio, ut post *Rot. decis. 31. de prabend. in antiq. & alios* fuse persequitur *Granue. in Addit ad Simon. ubi supra.*

Octavus per resignationem † in curia factam, ut disponitur in *dd. extravag. loc. cit.* idque licet resignatio ibidem fiat in manibus ordinarii, vel constitutio procuratoris ad resignandam alibi facta sit, ut tenet *Rot. de rer. permut. decis. 1. num. 5. in no. probatq; Simon. d. tract. c. 28. quem videre poteris cum ibi Add. Flam. Paris. de resig. benef. lib. 2. q. 20. n. 7.*

Nonus per adeptionem † secundi incomparabilis, ut patet ex iisdem *extravag. nec non ex Joan. 22. in extravag. execrabilis, de prabend. in com. Simon. d. tract. q. 26. num. 1.* ubi etiam dicit, fuisse suis temporibus regulam cancell. 64. & num. 5. sed nunc est reg. 1. in qua renovantur omnes reservationes, de quibus in *d. extrav. execrabilis.* Subditque id procedere sive ex juris dispositione vacent, sive ex decreto Papæ. Sed hic modus vacationis inducit potius simplicem reservationem, si proprie loqui velimus, quam vacationem in curia, ut *infra dicemus*, licet *Rot. large loquendo, in decis. 65. de rescript. in antiq.* dicat, ea beneficia vacare in curia.

Decimus est per translationem, † consecrationem, seu benedictionem, electionum cassationem, postulationum repulsionem, & similia facta in curia, ut in *præcit. extrav. & late persequitur Simon. d. tract. q. 26. & 32.* De quibus *extravag. præcipue vero † de extravag. ad regimen, quæ est Bened. XII.* illud advertendum est, morte illius Pontificis expirasse, cum ad vitam suam durare voluerint, sed eam nunc per summos Pontifi-

ces innovari, & inter regulas cancellariæ Apostolicæ collocari, ut d. *extravag. ex debito tradit Gemin. in c. statutum. colum. 2. de præb. in 6. de altera vero Cassad. decis. 3. de constit. Simon. d. tract. q. 26 num. 4. & q. 32. n. 2. ibi Add. adnotarunt, Rebuf. d. tit. de reservat. Mandos. & alii, ad 1. reg. cancell. q. 1. & 2. Apud quos etiam, & apud Æne. Falcon. ac Gaspar. de Perus. in consimili tract. de reservat. nec non & Dd. in d. *extrav. & c. 2. & c. præsent. de præben. in 6.* videre poteris alios, si qui sunt, in curia seu apud sedem, vacationis modos.*

SECUNDA CONCLUSIO. Optio locum non habet † in beneficiis quomodocunque reservatis sive generaliter, sive specialiter, ut voluit Rot. *decis. 1. de rer. permut. in no. num. 4. Mædan. decis. 267. Pute. decis. 4. libr. 2. Franc. Marc. decis. Delph. 1271. num. 1. part. 1. Flam. Paris. de resig. benef. libr. 2. q. 20. num. 3. Anastas. Germon. in moderno tract. de indult. Apost. §. etiam ex eo, num. 12. Mandos. ad cap. alleg. 84. in verbo optio Æneas Falcon. in d. tract. de reservat. 4. q. princip. effect. §. in fin. Gig. de pension. q. 63. num. 9. Simon. d. tract. q. 45. num. 3. & ibi Add. in verbo, superfluum; idemq; voluit Archid. in c. fin. de consuet. in 6. Collect. in c. ex tenore, col. 1. q. 6. de concess. præbend. & post Roman. cons. 24. tract. Mil. in Repert. versic. consuetudo optandi non habet locum, il. 1. Et quamvis hæc opinio sic indistincte loquens satis probabilis sit propter tantorum patrum auctoritatem: aliqui tamen eam dupliciter temperant. Primo, ut non procedat, † ubi reservatio specialis fit ad instantiam patris: ita Gemin. & Franc. post alios d. c. fin. §. in præbendis. Card. cons. 16. ad fi. Cassador. decis. 4. num. 7. de concess. præbend. Staphil. loco supra in princ. 1. conclus. alleg. num. 4. Et eam rationem omnes si asserant quæ sunt, ambitiosa est reservatio, atque adeo restringenda juxta c. *quamvis, & c. si propter sua, de rescript. in 6.* Secundo, ubi reservatio specialis (in gratiam nimirum alicujus) fit † non de certo beneficio sed de incerto, ut puta, quod quis duxerit acceptandum, ita post Gemin. cons. 104. juxta fi. & Franc. d. c. fin.*

c. fin. in principio, versic. ultimo, voluit Simon. d. q. 45. n. 6. & 8. & tenere etiam videtur Rot. decis. 5. de consuet. in no. Aliter quoque alii distinguunt, ut videre est apud Falcon. d. effect. 5. & Gasp. de Perus. de reser. benef. quest. 2.

Jam vero videamus nunc, ut superius polliciti sumus, aliquos alios præcipuos reservationis modos: seu quænam præcipue beneficia dicantur reservata.

Verum illud præmittendum est, duplicem † esse re- 44
 reservationem, altera enim est generalis, altera specialis, ut docet & late probat Rebuf. in Add. ad 2. reg. cancell. in fi. Mandos. 4. q. proæm. neg. & Falcon. d. tract. de reser. q. 2. princip. Simon. eod. tract. q. 4. consulto enim omitto † mentalem reservationem, per quam Papa 45
 reservabat aliquod beneficium in specie, vel in genere, ut personæ sibi gratæ, nomine non expresso, provideret, de qua per Simon. loco cita. num. 2. ibiq. Add. & Mandos. in II. reg. cancell. q. 3. & 4. & alios, cum quia amplius non est in usu; immo eam simul cum quibuscunque gratiis ad vacatura, mandatave de providendo, & expectativis sustulit concil. Trid. sect. 24. c. 19. de reform. tum quia non distinguuntur à generali seu speciali. Omitto etiam tertiam illam speciem, quam aliqui constituunt † individua, seu specialissimæ, de 46
 qua per eundem Simon. d. q. 4. numer. 4. & q. 15. num. 1. cum ea non nisi secundum magis & minus à speciali distinguatur. Differt autem generalis † reservatio à 47
 speciali, vel quia generalis sit, quæ per jus commune introducta sit, quamvis de ea mentio fiat in extravag. specialis vero, quæ per regulas cancellariæ, vel etiam extravag. ultra jus commune disponentes, ut voluit Cassad. decis. 3. de reseruat. num. 7. Gambar. de offic. leg. lib. 3. nu. 121. & probare videtur Simon. d. q. 4. num. 4. 11. & seqq. Vel potius quod illa generalis sit, quæ de aliquo genere beneficiorum ac personarum fit, puta si reservantur dignitates cujusvis ecclesiæ, vel omnia beneficia officialium sedis Apostolicæ, aut certis mensibus vacantia; specialis vero, quæ fit de certo benefi-

cio, aut ad favorem certæ personæ; & hoc non considerato, quod per jus commune vel per extravag. aut regulas cancellariæ, seu etiam per decretum Pontificis ea reservatio fiat, ut patet ex decis. *Rot. 28. de praben. in antiq. & 3. de rest. spol. Gemin. cons. 3. & 12. & Ægid. consil. 29. & Rebuf. in Praxi. Benef. tit. de reserv. nu. 1. usq; ad 11. & rationibus, quas d. q. 4. nu. 5. & quatuor seqq. affert: neq; satis illis facit Simonet qui tandem, num. 14. in hanc distinctionem inclinat, dum concludit, reservationes, quæ generaliter inducuntur in regulis cancell. ab Innoc. citra editis, generales esse, non autem speciales, qua de re videre poteris latius tractantem Æn. Falcon. d. tract. de reserv. benef. quest. 2. Nunc autem descendamus ad casus seu modos præcipuos reservationis beneficiorum.*

- 48 Primus ergo modus est per vacationem † in curia, seu apud sedem. Beneficia enim omnia vacantia apud curiam sunt reservata, ut patet ex tex. *d. c. 2. de prabend. in 6. & ibi omnes Simonet. d. tract. q. 30. num. 1. & includit omnes illos decem, quos superiori conclusione recensuimus. Ex iis tamen duos puto non proprie vacationem in curia, sed simplicem reservationem inducere, quorum alter est sextus in ordine † de beneficiis S. R. E. Cardinalium, & quorumcunque sedis Apostolicæ officialium, ubi in loco à curia distante ultra duas diætas eos decedere contingat, ut satis patet ex Rebuf. d. tit. de reservat. num. 25. juncto num. 2. ubi distinctos casus ponit reservationis beneficiorum officialium à vacatione in curia. Alter est nonus de vacatione per adeptionem secundi, de qua per Jo. 22. in extravag. execrabilis, tit. de prab. in commun. quæ etiam per primam regulam cancell. innovata est, & aliquid etiam, in d. extravag. ex debito, & extravag. ad regimen, quod vero hæc non sit proprie vacatio † in curia, colligere est Paul. Bachin. in Frax. reg. cancell. tit. de benef. reserv. general. ubi & ipse distinguit tam vacationem beneficiorum Cardinalium, & officialium, quam per affectationem alterius semper extravag. execrabilis.*

li. Sed memagis movet illa ratio, quod cum argu-
 mentum à vi vocabuli valeat, *ut in hac specie in mate-*
riare reservationum tradit Mandos. ad reg. 2. cancell. q.
5. num. 5. procul dubio beneficia proprie in curia, vel
 apud sedem vacare nō dicentur, nisi vel quis in Roma-
 na curia, vel prope eam decedat, vel aliquid circa be-
 neficium in ea fiat, vel per beneficiatum resignando,
 vel per Romanam sedem pura privando, electiones
 cassando, postulationes repellendo; sicque dicere pos-
 sumus, nec forsitan male, solos quinque primos simul
 cum octavo ac decimo ex supra positis modis esse pro-
 prios vacationis in curia; quibus ob eandem ratio-
 nem addere possumus † reservationem illam, quæ sit
 per appositionem manus summi Pontificis, & aliqui,
ut Rot. decis. 10. num. 1. de praben. in no. & decis. 25. nu.
4. de concess. prabend. in antiq. affectionem vocant, ut
 cum Papa beneficium aliquod contulit inhabili; vel
 similes casus, de quib. *tex. & Doct. in c. ut nostrum, de*
appell. c. si eo tempore, de elect. in 6. & in extravag. ad Ro-
man. de prab. in commun. Falcon. de reservat. benef. in
Pralud. 3. & Gaspar. de Perus. quest. 10. Simon. q. 64.
Mandos. in proem. reg. cancell. q. 5. Rebuf. d. tit. de re-
ser. num. 30. & seqq. ubi etiam ostendunt affectionem,
 à reservatione quid differat, nisi velimus cum Man-
 dos. *ad reg. 5. cancell. in princip.* solum casum mortis in
 curia, vel prope curiam includere, à quo in præsentì
 cum communiori dissentimus. Sicque soli illi quinque
 proprii erunt modi vacationis in curia: Sed quicquid
 sit, illud nobis sat esse debet per eos omnes ita reserva-
 ri, & affici beneficia, ut regulariter non nisi per sum-
 mum Pontificem conferri queant.

Secundus reservationis modus, seu casus est eorum
 beneficiorum, † quæ vacant per promotionem ad e-
 piscopatatum, de qua *in d. extravag. ad regimen, & per*
Mandos. ad 1. reg. cancell. q. 15. & Rebuf. ibid. & Falcon.
d. tract. q. 2. princip. & Simon q. 22. & ibi Add. ubi etiam
 inter ceteros tradunt, quando † beneficia hæc vacant
 de jure, seu de stylo Romanæ curiæ.

Tertius

54 Tertius est in beneficiis † familiarium Papæ & Cardinalium, de quibus in *extravag. ad Romani*, quæ est *Paul. 2. & ult. sub tit. de prabend. in communi & reg. 3. cancell. ubi Rebuf. & aliiglossat. & Mandos. q. 17. 18 & 19. Simon. d. tract. q. 35. ibiq; Add. & Gomez. ad reg. de impetr. benef. vac. per obit. fam. Card. quæ est 32. ubi etiam Mandos.*

55 Quartus est in omnibus † dignitatibus pontificalibus, nec non majoribus post pontificalem in cathedralibus, ac principalibus in collegiatis valorem decem florenorum auri excedentibus, nec non prioratibus, præposituris, atq; aliis dignitatibus conventualibus, & præceptoris generalibus ordinum, quorumcunque, sed non militarium, ut disponitur in 2. & 3. *reg. cancellaria*, ubi *Rebuf. Mandos. & alii glossat. hanc rem optime pertractant.* Dubium autem maximum est, quid sibi velint illa verba, quæ in fine, *d. reg. 3.* ponuntur, ac *fel. rec. Pauli 2. Innoc. 8. Adriani 6. & Pauli 3. Romanorum Pontific. præcessorum suorum vestigiis inhærendo declaravit, dignitates, quæ in cathedralibus, vel Metropolitanis post Pontificales non majores existunt, & quæ ex Apostolicæ sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel alias quovis modo in collegiatis ecclesiis præminentiam habere noscantur, sub reservatione prædicta comprehendere debere; videntur enim hæc parti primæ adversari, in qua solum non majores post pontificalem in cathedralibus reservantur, quoad collegiatis vero videtur idem continere, quam difficultatem *Rebuf. removit quidem. Mandos. vero, d. reg. 3. q. 16. optime sensit, & satis congrue solvit, dicens, quod hæc ultima pars ita veniat ampliativa ad primam, quod in secunda reserventur non simpliciter, & absolute omnes dignitates non majores in cathedrali, sed illæ, quæ aliquo ex illis vel aliis modis præminentiam habent in collegiatis ecclesiis, prout dicit esse aliquas dignitates hujusmodi in Alemania. Sed quicquid sit, certe nunc saltem in Italia omnes dignitates**

itates tamquam reservatæ regulariter per Papam, vel Apostolica saltem auctoritate conferuntur, idque forte solum ex stylo curiæ, cum eadem solum dignitates etiam in novis regulis Innoc. IX ad Clem. VIII. reservatæ sint, & est ibi quoque hac de re, *reg. 3.*

Quintus est de vacantibus † in mensibus reserva- 56
tis, qui quidem juxta regulam cancellariæ editam à Paulo 3. erant, Januarius & Februarius, Aprilis & Majus, Julius & Augustus, October & November; reliqui vero ita ordinariis concedebantur, ut in iis possint de quibusvis beneficiis, non tamen generaliter, aut specialiter reservatis disponere; & hæc reservatio solum effectum habebat extantibus expectativis, prout ex ipsa regula videre est, & notavit inter alios Staphil. *de lit. grat. & just. in pralud.* Aliquibus tamen ordinariis collatoribus conceditur alternative mensium, & quidem etiam non extantibus expectativis, prout inter regul. fel. record. Innoc. IX. nec non S. D. N. Clementis Papæ VIII. videre est *in reg. 8.* ubi summo Pontifici reservantur quæcunque beneficia vacantia in mense Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris & Novembris. etiam si reservata non sint; de vacantibus vero in aliis seu mensibus extra curiam, dummodo alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint, & ad eorum duntaxat, non aliorum cum eis dispositionem pertineant, Episcopis residentibus libere disponendi facultas conceditur.

De quibus omnibus alternativis † & earum effe- 57
ctu, videndi sunt Staphil. *in d. pralud.* Mandos. *ad reg. 11. cancell. q. 11. & ad reg. 27. q. 16. Pute. decis. 492. lib. 2. & 88. lib. 5. Cassad. de rest. spol. decis. 2. Pavin. de potest. Capit. sed vacant. q. 10. Add. ad Simon. d. tract. de reserv. q. 4. 7. & 71. Fulse. lib. 2. de Visit. cap. 28. & alii passim.* De aliis vero casibus † reservationis beneficio- 58
rum, ejusque materia plenius videas, si lubet per Simon. Falcon. & Gaspar. de Perus. *ad tract. de reserv. benef. per totum.* Rebus. *in Praxi. benef. tit. de reservat. & ad 20. priores reg. cancell.* ubi etiam latissime Mandos. Cassad.

Cassad. tit. de reg. cancell. decis. 9. 34. 37. & tot. tit. de reservat. & sapius tit. de prab. Rot. tūm alibi tūm tit. de praben. in antiq. fere per totum, Gomez. in reg. de trien. possess. q. 31. & Doct. in t. ut nostrum, de app. c. 2. c. statutum, & c. presenti, de praben. in 6. & in extravag. supra alleg Menoch. de arbitr. judic. libr. 2. cent. 3. casu 201. d. nu. 110. ad 128. Flam. Paris. de resign. benef. lib. 3. quest. 1. Cucc. Instit. cancell. lib. 2. tit. 7. qui est de praben. Mil. & Bertach. in suis Repertor. verbo, reservatio, & alios passim. Hic enim aliquid de hac reservationis materia attingisse sufficiat, ne omnino jejuni eam pertransire videremur, cum de option. ad cujus cognitionem ea valde utilis est, ageremus, neq; pro quavis, quæ de reservatione incideret, quæstio, tot alii auctores tibi evolventi essent.

Nunc vero propius ad rem accedendo ad sequentes conclusiones veniamus; ex quibus etiam duæ priores clariores fient.

59 TERTIA CONCLUSIO. Optio nequaquam locum ꝑ̄ habet in beneficiis, ac præbendis vacantibus in curia, quamvis per summum Pontificem non conferantur, sed ab alio, cui commissa sit facultas disponendi de vacantibus in curia. Ita gloss. d. c. fin. in verbo, ordinatur, & ibi Gem. Franc. & alii omnes de consuet. in 6. Franc. Marc. decis. Delph. 1258. num. 4. 1. part. Neq; obstabit tunc quod in textu dicitur, locum non esse huic consuetudini in præbendis apud sedem Apostolicam vacantibus, cum de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur, quasi utrumque requiratur, & hoc postremum pro conditione ponatur, & taxative adjectum sit. Respondetur enim primo cum gloss. hic factis censeri, per Romanum Pontificem aliquid fieri, si per alium faciat, vulg. reg. qui per alium, deinde dici posse, illud cum, adjectum esse potius demonstrationis gratia, quam taxationis ex eo, quod sint ꝑ̄ diversæ orationes, juxta not. per Castr. consil. 339. vol. 1. in no. impress. late per Fel. in c. super literis, in princ. lim. 4. & s. ad audientiam, il. 2. concl. 6. de rescript. Tertio quod
ubi

ubi etiam taxative adjecta sit illa dictio, & conditionem importet, id sit ad excludendum casum, de quo in sequenti conclusione, ut optime gloss. hic & ceteri adnotarunt: ex hac vero conclusione inferri potest per prædicta, Episcopum † habentem indultum pontificium collationis beneficiorum reservatorum (dum tamen in specie † comprehendat etiam vacantia in curia, ut per textum, qui apertissimus est, *inc. 2. de prabend. in 6.* docet gloss. & omnes, *d. c. fin.*) ita posse conferre præbendam vacantem, ut nullo modo locus sit optioni, seu consuetudini ac statuto optandi. Germanon. tamen *in moder. tract. de indul. Apost. §. etiam ex eo numero 22.* contrarium tenet † in beneficiis vacantibus in mensibus reservatis stante immemorabili consuetudine, optandi speciali ratione, quoniam immemorialis consuetudo vim habet & ipsa privilegii, & quia hujusmodi indulta † non ampliant facultatem conferendi beneficia, sed solum removent impedimenta cum alias de jure communi possint Episcopi quæcunque beneficia non reservata in corpore juris conferre; secus vero erit in reservatis hujusmodi reservatione clausa in corpore juris.

QUARTA CONCLUSIO. Optio potest fortasse habere † locum in beneficiis vacantibus in curia, si intra mensem à die scientiæ vacationis per Romanum Pontificem non conferantur. *ita gloss. d. c. fin. verbo, ordinatur ibi post mensem, ubi Franc. Gemin. & ceteri, alia gloss. in c. presenti, in figuracione casus, de praben. in 6. idem etiam tenet Gig d. tract. de pension. q. 63. num. II. & Zerol. in Prax. Episc. verbo, canonica, vers. ad 7. conclus. 6. & Æn. Falc. de reser. q. 4. effect. 6. num. 2.* Ratio illa est, quia beneficia † vacantia in curia, si per summum Pontificem intra mensem non conferantur à die scientiæ, ut volunt ibi antiqui Doct. vel ut Archid. à die vacationis, quod etiam voluit Gemin. post gloss. conferri possunt per ordinarium collatorem, *prout disponitur in c. statutum, de praben. in 6. & not. gloss. & Doct. ibi, & d. c. fin. Æn. de Falcon. d. tract. de reser. benef. 4. quæst.*

quæst.

quest. princ. effect. 20. Gasp. de Perus. in simil. tract. quest. 5. Paul. Grannuc. in Addit. ad Simon. in simil. tract. q. 47. nu. 14. Rebuf. ad 9. reg. cancell. & in form. nov. provis. vers. dummodo tempore data, num. 14. ubi etiam o-
 67 *stendit, † ordinarium sede vacante simplicia beneficia ante mensem conferre non posse, postea vero recte. Quam quidem dispositionem, d. c. statutum, limitant*
 68 *ibi Doct. ut non procedat † in devolutis ad Papam. Franc. vero num. 6. & Arch. num. 3. dicit, habere locum*
 69 *solum in vacantibus in curia: non autem † in iis, quæ alio modo reservata sunt. Rursus gloss. in extravag. execrabilis, in verbo, quoquo modo de prabend. in commun. dicit, cessare illius provisionem in reservatione, de qua in d. extravag. execrabilis, in qua reservantur beneficia vacantia per adeptionem secundi incompatibilis cum primo, & item hoc secundum quo ipso iure sunt privati, nisi illud primum citra mensem resignaverint in manibus superioris. Sed quicquid sit de iure communi saltem antiquo, cõmunis est opinio Doct. quod hodie illius dispositio locum non habeat, quia*
 70 *illud c. statutum † revocatum sit per extravag. ex debito, de elect. vel per extravag. ad regimen, de praben. in commun. vel demum per extravag. pia sollicitudinis, quæ est i. de praben. in commun. ut patet ex gloss. i. d. extravag. pia sollicitudinis, Jo. An. Gem. & aliis præter Archid. d. c. statutum, idem voluit Lap. alleg. 96. in princip. Gomez. ad reg. de trienn. possess. 9. 31. vers. & ideo pro clariori, & Simon. d. tract. de reserv. benef. q. 30. nu. 2. sed dum ille alleg. Doct. in c. 2. isti eisdem, in c. presentis, de praben. in 6. quod etiam dixerunt correctum fuisse per d. extravag. pia sollicitudinis, voluerunt semper allegare, d. c. statutum. Puto autem correctam illam dispositionem, cap. statutum, non quia in aliqua ex dd. extravag. mentio fiat de mense, quod ad rem faciat, ut aliqui ex cit. Doct. voluisse videntur, cum mēsis, de quo in d. extrav. pia, aperte ponatur pro tempore, intra quod voluit Bonif. VIII. suam illam constitutionem obligare; inquit enim, intra unum mensem à*
data

data presentium, sed potius, quia memores summi Pontifices earum *extravag. conditores*, illius constitutionis seu can. *statutum*, qui jura omnia in scrinio petitoris sui censentur habere, constitutiones condendo † posteriores, priorem, quamvis de ipsa mentionem 71 non faciant, revocasse noscantur, ut verbis utar ejusdem Bonifacii, *in c. 1. de constit. in 6.* Quamvis non desint etiam qui velint † *d. c. statutum*, non esse revocatum, ut patet ex iis, quos refert, & sequitur Æn. Falcon. *d. q. 4. effect. 6. nu. 1. & 3. in tract. de reserv. benef.* cujus sententia probabilitate non caret, cum nusquam in illis *extravag.* neque de *d. cap. statutum*, neque de mense ulla mentio fiat.

SECUNDA CONCLUSIO. Quæ etiam ex secunda cõclusionione cum ibi deductis maxime vero in quinto modo reservationis colligitur. Optio locum non habet † in beneficiis reservatis per alternativam: ita 73 *in specietradit Paul Granut. in Addit. ad Iac. Simon. d. tract. de reservat. q. 45. in verbo superfluum*, maxime vero locum habebit ubi motu proprio fiant ad late tradita per Simon. & Granut *loc. cit.* & per nos, *d. concl. 2.* multo autem magis cum per summos Pontifices in regulis cancellariæ, quas pro tempore edunt, tollantur atque irritentur consuetudines etiam immemorabiles optandi majores, & pinguiores præbendas cum amplissimis clausulis derogatoriis, prout de regula alternativæ à Sixto v. testatur Granut. ubi supra, & nunc habemus regulam 8. inter eas, quæ à S. D. N. Clemente VIII. editæ fuerunt initio sui Pontificatus. Verum de hac derogatione aliquid etiam dicemus, *inf. cap. ult. quest. 1.*

SEXTA CONCLUSIO. Optio locum † non habet 74 in beneficiis resignatis in curia; patet ex *concl. 1. in prin. & ex 8. modo vacationis in curia*, cum ibi latius deductis, & tenere videtur in terminis Mandos. *ad reg. 34. cancellaria*, qua est de *ann. possess. q. 50. num. 7. Paris. de resign. benefic. lib. 1. quest. 4. num. 55.* secus tamen erit si resignatio facta sit in partibus in manibus legati, ut

D optime

optime ibid. tradit Mandos. cum eadem non sit curia legati, & Pontificis.

75 SEPTIMA CONCLUSIO Potest induci † consuetudo specialis optandi etiam in beneficiis reservatis, & vacantibus in curia: ita Cald. *cons. 3. de consue. p. totum*, ubi etiam contrariis satisfacit, optima illa ratione, quod licet consuetudo sit contra jus, tamen potest etiam contra jus introduci consuetudo spatio saltem 40. annorum. Cald. sequi videntur, dum ad illum se remittunt, Zerol. *in Prax. Episc. ver. canonica, vers. ad optimum, concl. 11.* Staphil. *tract. de lit grat. tit. de vi, effect. clausul. versic. in super derogatur, num. 5.* idem in memorabili consuetudine aperte tradit Germon. *in alleg. tract. de indult. Apost. §. etiam ex eo, nu. 15.* post Rot. Rom. in una Bonon. optionis die 9. Januarii 1579 coram R. P. D. Lancelloto nunc meritissimo Cardinali, satisque probat, *num. 16. & seqq.* ubi etiam ostendit non obstare, quod hujusmodi consuetudo interrupti videatur per renovationem regularum de mensibus reservatis, quia nimirum ad interruptionem hujusmodi consuetudinis requiritur, quod interveniat actus illi contrarius, quæ ratio forte procederet, ubi in regalis cancellariæ non adesset expressa derogatio; & amplissima harum consuetudinum optandi.

76 OCTAVA CONCLUSIO. Optio locum habet in iis præbendis, quæ devolvuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra sex menses à die notitiæ vacationis, *juxta textum in c. nulla, c. quia diversitatem, de concess. præbend.* ita in speculo voluit Franc. Marc. *decis. Delphin. 1259. num. 2. 1. par.* Archid. Gem. & Franc. post alios, *d. c. fin. §. in præbendis de consuet. in 6.* Greg. Tholos. *tract. de benef. c. 39. num. 1.* quamvis contrarium voluerit Jo. An. *d. c. fin. in verbis vacantibus, & Add. ad Rot. decis. 1. de rerum permut. no. num. 7.* ubi tamen perperam in contrarium allegavit Jo. An. quod & Tholos. fecit. Moventur omnes illi nobiscum sentientes, quia tunc jure ordinario conferret Pontifex, quam tamen rationem refellit quidam Alex.

Alex. de Antil. apud Gemin. d. §. in præbendis, num. 4. quia sic posset etiam fieri optio in vacantibus in curia, quæ nunc jure ordinario Pontifex, non de plenitudine confert potestatis, c. 2. & c. statutum, de præben. in 6. in quibus tamen locum non habet optio, ut supra ostendimus, ad quod nihil ibi Gemin. Replicari tamen potest, & debet, † Doctores eos, cum dicunt Papam conferre jure ordinario, quando confert beneficia devoluta, non ita intelligendos esse, quasi velint, ea cõferri de jure communi; sed quia in iis summus Pontifex est loco ordinarii collatoris, & quasi in ejus locum subrogatus, illius personam repræsentat, quod non accidit in beneficiis in curia vacantibus, aut alias reservatis. Ex quo etiam incidenter infero, beneficia eorum, qui in curia morantur, originem ibi vel etiam domicilium habentes, non tamen curiales sunt, neque ibi occasione curiæ morantur, licet ibi decedant, optari posse; neque enim sunt reservata, ut patet ex cap. præfenti §. sane, de præben. in 6. ubi gloss. & Doct. sed ea ordinario jure Papa, vel alius collator ordinarius confert; in mensibus tamen Apostolicis vacantia confert Papa tanquam reservata, ideoque tunc locum non habet optio, juxta dicta superius, concl. 2. ad fin. Quod vero opponunt (ut ad priorem quæstionem redeamus) sibi ipsis Doctores illi, objiciunt etiam Add. ad Rot. loco cit. non posse hoc loco locum habere ullo modo optionem, quia ad optandum datur tempus 20. dierum, ut dicitur, d. c. fin. §. ultra, & nos inf. cap. 6. quæst. 1. collatio autem non potest devolvi, nisi ad minus post sex menses, d. c. nulla, de concess. præben. Respondent autem & optime Gemin. & Franc. d. c. fin. §. in præbendis, quod aut ille, qui vult optare, fuit statim certificatus de vacatione præbendæ, & non poterit optare nisi infra 20. dies, sicque procedit objectio; aut non fuit certificatus, sed per multum temporis ignoravit, & tunc cum isti 20. dies non currant, nisi à die scientiæ, ut dicit hic gloss. & omnes, & nos infra d. cap. 6. q. 2. bene poterit optare. Quod si rursus urgeas cum Add. ubi

- supra tempus opinionis currere à die vacationis nota in ecclesia, ut dicere videtur gloss. pen. juncta antepen. in clem. 1. de concess. præbend. & colligi videtur ex tex. ibidem, quo casu posita ignorantia in ecclesia de hujusmodi vacatione non videtur posse esse locum de-
- 78 volutioni, cum etiam tempus sex mensium † non currat nisi à die notitiæ, d. c. quia diversitatem, de concess. præben. & c. licet de supplen. neglig. prælat. Respondeo, quod tempus optandi non currit nisi à die veræ scientiæ, non autem fictæ, ut dicam inf. d. q. 2. & tenet etiam, si recte advertatur d. gloss. pen. dum aperte dicit, & probat dispositionem illius Clem. de scientia præsumpta ex notitia publica, quæ habetur in loco beneficii,
- 79 specialiter procedere † in casu illius tex. de impetrante beneficium, cui mandatur provideri de eo, quod infra mensem à vacationis ipsius notitia duxerit acceptandum. Ex quo etiam patet, non habere locum in notitia, quæ requiritur ad hoc, ut currat tempus sex mensium. Quod vero ibi dicit gloss. pen. de privilegio optandi, intelligitur non de nostro jure optandi, sed de privilegio eligendi intra decem dies alteram ex duabus æqualibus præbendis, de quo in c. si pluribus, de præben. in 6. ut ibi per eam, sed ea etiam ficta notitia admessa in optione, adhuc casus optandi in devotus potest contingere. Fingamus enim tam præbendam, quam ordinarium collatorem in eodem loco ab ecclesia justa ex causa abesse, ibique illum decedere, procul dubio statim curret tempus sex mensium col-
- 80 latori, cum maxime † etiam extra dioccesim constitutus possit sua beneficia conferre, gloss. c. statutum ver. remotis, de præb. in 6. late Zerol. in Prax. Episc. ver. beneficia, vers. ad 9. & Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. q. 43. n. 19. potest autem tunc esse, ut non nisi post sex menses nota fiat in ecclesia vacatio præbendæ, sicque habebit locum optio. Ad illam autem quæstionem, quænam
- 81 præbenda † censeatur reservata, quando reservatur præbenda alicujus, & ille optet aliam, quoniam est de raro contingentibus, remitto te ad Æn. Falc. de reser-

vat. effect. 37. An vero, & quomodo optio locum habeat in beneficiis, de quibus mandatur alicui provideri, quæve specialiter conferuntur per Papam; quæ duo reliqua videbantur pro complemento hujus 3. quæstionis, quoniam derogationem requirunt, de iis latius tractabimus *in cap. ult.* ubi de derogationibus optionum agemus.

QUÆRO QUARTO, *An in beneficiis juris patronatus locum habeat optio?*

Respondeo † quod non: ita in terminis voluerunt 82
Fed. sen. cons. 62. num. 1. & Mil. in Repert. verbo, consuetudo optandi non habet locum, il. 1. Et miror, quod de hoc nihil dixerint Lambert. & alii, qui de jure patronatus scripserunt. Rationem vero neuter illorum affert. Nos illam afferre possumus, quod si reservatio, quæ fortior est optione, cum illam vincat, juxta superius deducta *in 2. conclusione*, non comprehendit beneficia juris patronatus maxime laicorum, multo minus in iis locum habere poterit optio: quod vero regulæ reservatoriae † non habeant locum in beneficiis juris patronatus laicorum, tenet *Gemin. c. 2. num. 11. de præb. in 6. & ibi Franc. numer. 8. Lap. alleg. sua 96. fere per totam. Rot. decis. 3. de jure patr. in antiq. Cassad. eod. tit. decis. 6. Put. decis. 319. num. 2. lib. 1. Card. cons. 117. nu. 2. & in elem. 1. 7. q. Alex. cons. 73. in princip. volum. 4. Gaspar. de Perus. in tract. de reserv. benef. in quæst. qua autem benef. reservantur Æn. Falcon. eod. tract. q. 3. princ. 14. effect. numer. 5. & q. 4. princip. & alii quos ad hoc late referunt, & sequuntur de magis communi attestantes Paul. Granut. in Addit. ad Simon. simil. tract. q. 9. Mandos. ad 1. reg. cancell. q. 10. n. 1. & 2. Roch. Curt. tract. de jure patr. vers. honorificum. q. 4. nu. 22. & 23. Lambert. in simil. tract. q. 6. prima par. libr. 2. art. 22. num. 4. & de communi Covar. præct. quæst. c. 36. num. 2. & 3. quicquid in contrarium voluerit Zenzel. in extrav. execrabilis in vers. disponere, de præb. & gloss. d. c. 2. in verbo, collatio, eod. tit. in 6. Idemque procedit † etiamsi in re- 84
 servatione adsint illa verba, ad cujuscunque collatio-*